

32391.

Dsl 26 26509

DVCITVR

18
25

FVNVS VESPERI

FEMINAE

PERILLVSTRIS AC MVLTIS VIRTVTVM OR-
NAMENTIS CVLTISSIMAE DOMINAE
DOMINAE

CONSTANTIAE CONCORDIAE PERPETVAE

NATAE DANCKELMANNIAE
CONIVGIS CHARISSIMAE

ITEMQVE DESIDERATISSIMAE

VIRI

ITIDEM SVMME REVERENDI PERILLVSTRIS AC MVNERVM
ET DIGNITATVM DECORIBVS EXCELLENTISSIMI
DOMINI

DOMINI

IOANNIS ADAMI

S.R.I LIBERI BARONIS AB ENDE
VETERIS IESNIZAE DYNASTAE HEREDITARI

IN TRINVM ET SALZA

POTENTISSIMI BORVSSIAE REGIS CONSILIARII IN REGI-
MINE DVCATVS MAGDEBVRGICI GRAVISSIMI
PRIMARIAE ECCLESIAE HALBERSTADIENSIS CANONICI DIGNISSIMI
RERVMQVE IVDICIALM PRAEFECTI LONGE

VIGILANTISSIMI

AD QVOD PIE PROSEQVENDVM

CIVES ACADEMICOS

OFFICIOS ET HYMANITER ADVOCAT

FRIDERICIANAE PRORECTOR

CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS

PHILOSOPHIAE PROFESSOR ORDINARIVS

XXX IULII CICDCCXXIV.

HALAE MAGDEBVRGICAE

Typis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.



DAVALLAR
EVANS VESPERRI
THEATRUM
PERITVS SISTER VENITIA ARISTALYOR
DOLINAE
CONSTITUTA
CONGORDIAE
PERFECTAE
NATURAE DANCKE MANNAE
CONIAGIS CHYRSSINAE
THERMÆ DECIMULATISSIMÆ
VIRI
HEDY SUMMI REVERENDI GREGORII HUANCI
EX DOLINAE DECIMULATISSIMÆ
DOLINAE
IOANNIS AGAM
S. R. T. L. B. R. B. R. O. N. S. H. I. D. E.
ARTICUS TERNINAR DINISTRATE HERIDICATRI
L. T. E. I. N. A. N. T. S. S. A. F. A.
POTERI DEDICATI DORMITARI ETIS OOC. S. T. H. R. I. N. R. E. C. I.
MINI LADANT MAGDEBO. XOC. C. Y. A. V. A. T. I.
PENITENTI SCULPTURE HERIDICATRI ETIS OOC. O. D. Z. M. I. M.
EGYPTI. T. L. E. I. N. A. N. T. S. S. A. F. A.
C. Y. A. V. A. T. I.
G. I. A. Y. Z. A. C. D. E. M. I. C. O. S.
H. I. D. E. R. E. C. I. V. A. B. F. R. O. N. C. O. T. A.
CHRISTIANAS HENDICIAS HOC. H. I. D. E.
PHILOSONTH. H. R. O. N. C. O. T. A. O. C. A. T. A.
A. M. A. Y. C. H. O. D. E. C. P. A. C. P. A. C. P. A.



Feminæ nobilissimæ ac probitatis
& prudentiæ fama perillustris
CONSTANTIAE CON-
CORDIAE PERPETVÆ
imaginem descripturi, quam potissimum viam
insistamus, quanquam non prorsus ignoramus;
non leue id tamen, sed difficile admodum ar-
bitramur. Nam, si quæcunque ILLA fecit
ediditque laudis egregiae specimina, sigillatim
oratione referre contendamus, integra eius-
dem vita enarranda foret, & suis temporibus
notanda, & locis & exemplis suo ordine enu-
merandis distinguenda. Quod sicuti à nostro
instituto abludit; ita operam dabimus, vt pri-
maria lineamenta MYLIERIS clari adeo nomi-
nis, totque meritorum ornamenti cultissimæ
ante oculos constituantur, ne tantæ virtutis vis
in obscuro lateat, sed eius rei memoria, ac sua-

a uita-

PROGRAMMA.

uitatis, elegantiæ & modestiæ singularia documenta, non sine insigni emolumento, ad posteros propagentur. Et cum vero illa NOBILITATE potissimum ac SAPIENTIA eluxerit, quibus bonis nemo fere illam antecessit; idcirco ante omnia signabimus Patrem illustrissimum NICOLAVM BARTHOLOMAEVM de DANCHEL MANN, S. Romani Imperii LIBERVM BARONEM de PRANGIN, Serenissimi Borussiæ REGIS ADMINISTRVM excellensissimum, Regiminis, quod est in Ducatu Magdeburgico, PRAESIDEM eminentissimum, Hereditarium in Loderfleben & Freyenfelda, DOMINVM Musis nostris maxime fauentem, quem summa in agendo alacritas, in consiliis vigor, inque publicam utilitatem ardentissimum studium pluribus fane experimentis cognitissimum fecit. Cui cum obtigisset spectatissima CONIVX SOPHIA MAGDALENA e BROEMSIORVM antiquissima prosapia oriunda, MATRONA sagax ac comitate grauis, proba, multumque super vulgarem mulierum sortem eminens; aliter fieri vix potuit, quin & NOSTRA, quam lamentamur, DOMINA ingenio, animi magnitudine, pietate suos exprimeret PARENTES tot animi ac corporis dotibus præstantes,

PROGRAMMA.

stantes, totque pulcerrimis virtutum decoribus exsplendescentes.

Saltem præteriri non debet, primam ei vi-
tæ vñram obtigisse a. c. 1515 CXCVII. v. Kalen-
das Septembris, cum PATER Ryswici, Po-
tentissimi ELECTORIS BRANDENBURGI-
C I faciem referret amplissimæque legationis
munere functus orbem Europæum bellis colli-
sum summa dexteritate & laude ad pacem &
concordiam reducere cum aliis magni operis
adiutoribus laboraret: omne non vano, tran-
quillioris mentis lauream secum allaturam, quæ
diebus tam exoptatis prodiret in lucem suo-
que, felicissimas inter gratulationes, tam dulci
adspicu recrearet. Quare, biduo elapsò, tum
religionis, tum temporum ratione ita depo-
scente, faustissimum ILLI, quod indicauimus,
nomen inditum est, vt sicuti proxima pacis spes
otium tot gentibus promittebat; ita in ea vir-
tus, concordia & vera animi quies regnum con-
stantissime obtineret. Et iuuit Deus, vt salu-
taribus abluta vndis ac vita libro inscripta pa-
cem primum cælestem consequeretur, dein à
summis PARENTIBVS indulgenter habita &
bene educta religiosis doctrinarum seminibus
animum tenellum fœcundaret, ne sexus infir-
mitas,

PROGRAMMA.

mitas, ne ætatis calor, ne vllæ vnquam machinæ ingenium rectum vel oppugnarent aliquando, vel subigerent vnquam. Tantum dolendum, tam exiguo temporis spatio MATREM superfuisse, quæ in lectissima FILIOLA pascebatur oculos, primæque ætatulæ florem non sine insigni voluptatis sensu spectabat. Ad superos enim illa abiit a CICERO. pupillamque quinquennem reliquit, quam optimis hacètenuis & sanctissimis moribus imbuit atque ante sellam suam fragrantibus sententiolis instruxit, quarum odorem multis post tempestatibus seruaret suauissima PROLES. Nec dubitandum, quin aliquid inde redundauerit in PVELLAM sua ipsius luce conspicuam, nihil interea omitte tente DANCKELMANNO, cum primariis semper hominibus agente, ut, quæ propria sunt adolescentularum illustrium, addisceret, nec telas tantum texere, aut opus aliquod Phrygium efficere docta intra domeesticorum parietum umbras federet; sed, præter vernaculam, Gallicam simul linguam excoleret, qua sæpe bellissimus sexus non solum suis in conuentibus vtitur & delectatur; sed & præstantissimi libri sunt perscripti, vnde locupletissimi tam diuinæ, quam humanæ sapientiæ thesauri accipiuntur. Vtique enim ingenio ILLA erat magno,

PROGRAMMA.

magno, memoria felici, iudicio peracri: quam nec familiam negligerer, nec ancillas otio torpescere fineret, nec ipsa esset incuriosa domesticarum rerum spectatrix. Quæ res fecit, ut VIRVM maxime reuerendum ac perillustrem in sui amorem alliceret, nominatim IOANNE M ADAMVM S. R. Imperii LIBERVM BARONEM ab ENDE, veteris Iesnizæ DOMINVM, HAEREDITARIVM in Trinum & Salza, Potentissimi Borussiæ REGIS CONSIGLIARIUM Regiminis in Ducatu Magdeburgico grauissimum, primariæ Ecclesiae HALBERSTADTIENSIS CANONICVM, rerumque iudicialium ibidem PRAEFECTVM longe æquissimum, VIRVM in tantum laudandum, quantum prudenteria, iustitia, probitas & cum seueritate coniuncta morum formosissimorum suauitas intelligi potest. Admodum enim argute iudicabat, EAM, quæ nunquam indulgebat cessationi atque otio, cum nondum è virginibus excessisset, sed in domo paterna nullum fere tempus ab aliquo opere, nobili Virgine digno, abstinebat; optimam futuram sibi matrem familias: adeo mira in EA grauitas, virtutumque integerrima imago, verecundia & animi liberalissimi indicia reucebant, nihil vt occurfaret, quod vel natura esset horridum, vel PARENTVM spectatae

PROGRAMMA.

Etatæ elegantiæ aduersum. Vnde vix mirum,
nulli vnquam tam secundum vitæ cursum con-
tigisse, quam nouo huic MARITO, cui tanti lu-
ministantæque honestatis vxOR, a. CICCCXVII.
IV. Nonas Nouembbris, in manum conuenit, fi-
dem reciprocam in paterno prædio, quod
Freyenfelda vocatur, inuicem stipulantibus
NVPTIS mutuamque virtutem ac veteris vesti-
gia recti, ecclesiæ ministro in hunc finem dele-
cto, inter preces & religionis plenissima verba,
sacrante. Et ita vero vsu venit, vt tam nobile
par CONIVGV M nihil disiunctum ac separa-
tum, non corpus, non bona, nec cogitatio-
nes quidem, haberet. Nihil enim ILLA sine
consilio VIRI fecit, munditiæ dedita, & lau-
ræ supellectil; sic tamen, vt cultus corporis
moderatus animi ornamento atque modera-
tioni responderet, ordinem in domo seruans
sine elatione, sorditiem expellens sine leuitate,
opes cumulans sine tenaci copia & haben-
di immodica cupiditate, digitos semper ha-
bens projectos ad egentium inopiam suble-
uandam, manusque apertas, ceu decet mulie-
rem beneficentia laude excellentem. Cum-
que plerique hominum & feminæ in primis in
coniunctionibus suis voluptatem spectent & li-
bidi-

PROGRAMMA.

bidinem pro fine habeant, **ILLA** quidem cum
DILECTO indissolubili amore coniungebatur,
& sacrosanctum matrimonii foedus tuita
prole pulcra maritum beabat; sed ea ratione,
vt genus humanum ex parte sua immortale red-
dere studeret, vitæque metam cum amplissimo
fructu conficeret. Quinque enim **BEATA**
liberorum præstantissimorum stirpem edidit,
quorum candida nomina sunt: **SOPHIA CON-**
STANTIA, **AVGVSTVS FRIDERICVS**, **HEN-**
RICA CHARLOTTA, **CAROLVS LVDOVICVS**
HENRICVS, **CAROLINA WILHELMINA FRI-**
DERICA: qui adhuc viuunt & magna pro-
mittunt, præter vnum **CAROLVM LVDOVI-**
CVM HENRICVM, qui absente **PATRE** natus,
eo etiam peregre vnum diem agente, repentina
obitu **IV** Idus Maias est denatus, plangente
MATRE, vberrimisque lacrymis præmaturam
eius mortem, plures inter singultus, deflente.
Quomodo enim animum ab omni dolore va-
cuum seruaret mulier, quæ è visceribus suis
emissam subolem in prima tenerrimæ ætatis
hebdomada mortis importunitate præter o-
mnem expectationem videt & audit enectam?
Quamuis enim infans fuerit ex hac vita subla-
tus; eo magis tamen id viri **PARENTES**, ab-
rumpi spiritum ac maturitatem ætatis præpro-

PROGRAMMA.

pero discēssu anteueriti, antequam sibi adsignatum munus absoluat puer, cuius cauſſa in hanc vitā scenam videtur esse ingressus. Sed tantum abeft, vt dolore conciderit prorsus; etiam probe tenuit, non illam vitam tantum esse, quā animus corporis mortalis compage, velut ergastulo, concluditur; sed illam quoque, quæ mentem diuino ſatu genitam cum ſummo Numine primo in flore, bonorum omnium communione, ſociat. Nam dici vix potest, quam ILLA ceteroquin impauida fuerit, quam virilis animi, quam fortis & confans & diuina gratia munita; ita vt ei duriſſimum iugum leue, & crucis disciplina multa voluptate referta videatur. Quæ ſane potiſſima cauſſa fuit, quare MARIY S. magnam in ILLA fiduciam collocauerit, cum difficultimum sit, fortem mulierem inuenire, quam fatorum vis haud facile infléctat, quæ nunquam cupiditati cedat, nunquam, aut raro infirmitati ſuccumbat, quam denique nullus calamitatum impetus retardet. Ad quem laudis cumulum quum accederet inſignis humanitas, amoris coniugalis præcipius character, factum eſt, vt ſibi E V M arctius quotidie deuinciret, mutuaque charitatis flamma maiori auctu per temporum ſpiramenta cresceret. Neque enim vñquam defit colere V I R V M, vene-

PROGRAMMA.

venerari, officiis omnibus prosequi, eidemque ad nutum præsto esse, ac nihil maiori sollicitudine curare, quam summopere ILLI placere, quem ardentiissime diligebat, seque ipsam ad formam ILLIVS fere immutare. In quo iterum ostendit, quam ipsamet sese deseruerit pæne, vt eo promptior in officio esset, iucunde audiens, luculenter differens, se incitans, discurrens, quo foederis percussi fini & fidei plenissime satifaceret: exemplo interea suo toti domui prælucens solidæque probitatis imaginem omnibus imprimens. Quamprimum enim nihil otiose & negligenter a matrefamilias fit, etiam famulæ, famulique, quod suum est, contento studio administrant; cumque domina ante lucem surgit, nec solem orientem ignave præstolatur, etiam serui & ancillæ sese excitant, pudore suffusi, si sterterent cumque languore & desidia opus peragerent, quod domina, in qua nullum delicatioris vitæ signum conspicitur, cum alacritate, ordine & sapientia suscipit, vel manibus laborans ipsa, vel imperio exsequens, quod consulta ratione dictat faciendum. Quod vt facilius obtineret nostræ in id maxime incubuit, vt etiam familiæ benigne prospiceret. Intelligebat quippe, ma-

c trem-

PROGRAMMA.

tremfamilias, quæ seruos ancillasque aspere haberet, duabus rebus maxime necessariis carere, humanitate & diligentia fructu. Nam & domesticis, quia ab eodem generis fonte profluerunt, & in fidem nostram recepti sunt, diuino iure adstricti sumus, vt eos humaniter tractemus, contenti, si laborent & summa fide efficiant, quod præcipitur, nosque cum auctoritate istis imperemus: cumque rei familiaris progressionem quæramus, cibus iis large suppeditandus est, ne inimicos & fures intra septa nostra alamus, nimia tenacitate ad flagitia eos compellentes. Quod ILLA sapienter ponderans in hoc iustitiae & prudentiae sue complementum positum credidit, vt vniuersusque demensum acciperet suum, eorumque simul valetudini consuleretur; qua salua, vberes ad alemandam familiam fructus suppetunt, simulatque cumulationes fiunt, quandoquidem nemo non ad maiorem accendi industriam solet, vbi obseruat, & sui quoque curam geri, nec peius se se ac boues & animalia haberi. Quod sicuti fidem religione inflammatam ac prudentia distinctam prodit; ita concludi potest, à tenebris ENDIAM vnguiculis eo modo fuisse institutam, vt innocentia & æquitas & fides in Deum primas tenerent, cum tot opera præclara-

PROGRAMMA.

clara, tot simul sint benignitatis, fidei, & probitatis certissimi testes. Et constat quoque aliunde, nullum ab EA tempus prætermissum, quo non ostenderet mentem diuinis muneribus ornatam & cognitionem rerum cælestium singularem ultraque vulgus feminarum assurgentem. Quamobrem nec opum, nec honorum, nec nobilitatis, nec dignitatum vanum nomen aures à verbo DEI auertebat, nec oculos ad fenestras conuertebat, aut ad hominum talia mirantium circulos torquebat: adeo illam mundi seruator cantu suo suauissimo, & spiritus apertus in sententiam suam pertraxit, vt contemneret flores ac poma mortalium non nisi lentum virus, vel furorem etiam in terrena venis instillantia. Potius maximo legendi studio flagrabat, iisque in primis libris oblectabatur, quorum lectione se ad amorem in DEVM incitari & ad pietatis opera impelli vehementius persentisceret, hoc est, à pictura ad rem, ab imagine ad veritatem traduci mentem euidentibus signis animaduerteret. Vnde magis claret, quare per illuſtris MARITVS feliciorem sese ceteris existimaret Viris, ut qui mulierem duxisset, in qua nullum diffidentiae argumentum deprehendebatur. Inuenit namque domi cuius sermone & communione recreatur,

c 2

PROGRAMMA.

tur, quæue, cum foris esset, sapientissime dispensaret vniuersa sibi concredita. Quis enim cogitet, arcana iri enunciatum ab ea, quæ nunquam fuit garrula? aut pudorem abiici, quæ in CONGVGE charissimo oculos vnicē fixit? aut opes prodigi, quæ vigilantia eas auxit & ad cultum vitae beatæ necessarium rara prospicientia accommodauit? IPSA de cetero blanda, liberalis, splendida, affabilis, inque inferioris sortis homines ita propensa, vt omnium in se studia conciliaret, in liberos bene educandos summa simul industria intenta, quo spem haberet posteritas ipsaque perfugium in senectute. Verum tamen non placuit sempiterno Numini indulgere FEMINÆ ad omnem laudem factæ numerosam annorum seriem, quæ est certe senectus. Nam præter omnium opinionem nuper in febrim incidit, quæ a corde in totum corpus processit, omnemque humorum & spirituum compartim deum euertit. Et tunc vero apparuit clare, quam sit cælestè bonum splendoris sempiterni lumen, quod diuina clementia ægrotanti indulxit, quoque ad id, quod propriis viribus adipisci non poterat, salutari afflatu excitata, & ad spem boni excellentioris pluribus scripturæ sacræ oraculis est traducta. Vnde euenit,

vt

PROGRAMMA.

vt ærumnas & labores, dolorumque acerbitates
ac mortis pericula quæcunque nihili putaret præ
gloria futura omnium desideriorum suorum
summam extingente & satiate. Saltem nihil
a sensuum iudicio deppromptum in ore habebat;
et si lacinaret æstus viscera, & morbi vis, interva-
rias accessiones languoresque, cresceret. Semper
enim remedium inueniebat **AFFLICTA**, vnde sitim,
qua cruciabatur, posset explere: ita cantionum sa-
crarum solatiis abundabat, diuinorumque littera-
rum sententiis & dictis affluebat, vt non possent ad-
stantes singulari cum laudatione non admirari o-
mni veniuitate præcellentem **MULIEREM**, præser-
tim cum cruci **CHRISTI** suas cogitationes & pec-
cata affigeret, & de vita æterna, deque extremo pie-
tatis fructu verba fundens labia fide in **SERVATO-**
REM eiusque amore rubentia non sine ornamento
diduceret. Ad hunc igitur **ILLA** puteum & fon-
tem perennem properabat, vnde immortalitatem
biberet, quam tandem hora post meridiem secun-
da **vii** Kalendas Sextiles beatissime est consecuta:
postquam **xx** dierum spatio calor immodice au-
ctus tum extimas, tum interiores corporis partes
prorsus exsiccando functionum omnium integri-
tatem abstulerat. Tam sanctis alis tamque felici
agitatione ad cælum euolauit **CONSTANTIA**
CONCORDIA PERPETVA, nata **DAN-**
d KEL-

PROGRAMMA.

KELMANNIA, anno ætatis XXVII. dempto
mensē vno; quodque mirandum, eadem fere die,
& hora, qua soror suauissima, cui in virtute, laude,
familia & ipso matrimonio succeſſerat, verſatilem
mundi huius machinam reliquit. Quod non po-
tuit non acerbifſime accidere MARITO, cui iu-
cundifſimus harum SORORVM & CONIVGVVM ad-
ſpectus arcano quidem, vt ut ſapienti DEI confilio
videtur ademptus. Neque enim neceſſe eſt, vt,
quaē filiae DEI viuentis funt, longam numerent
ætatem; quin immo ſatis vixiſſe videntur, quaē
opes ſempiternas, quas toto vitæ tempore confe-
qui laboramus, feliciflmo diſceſſu celeriter indi-
plicuntur.

Adeſte igitur CIVES! Duciſur vesperi ampli-
ſimum funus, duciſur ad tumulum per illuſtris
ENDIORVM familiæ hæreditarium, duciſur ma-
gnifice. Mementote animæ tot virtutibus deco-
ratae, quaē in tam illuſtri corpore cum ſplendidiffi-
mæ dignitatis luce habitauit. Ego vos ad hocce
officium extreſum humaniter hortor. Meretur
DANKELMANNVS, Vir illuſter, meretur MARI-
TVS nobilitate & propriis meritis excellens, me-
retur CONSTANTIA, CONCORDIA,
PERPETVA, quaē ſempiterno gaudio inter Cæ-
lites & electos triumphat. P. P. Halæ Mag-
deburgicæ III. Kalendas Sextiles
CICCIUS CXXIV.

78 M 353

ULB Halle
001 564 773

3



TA-70L

Dok. nr. 26509

DV CITVR

18
25

FVNVS VESPERI FEMINAE

PERILLVSTRIS AC MVLTIS VIRTVTVM OR-
NAMENTIS CVLTISSIMAE DOMINAЕ
DOMINAЕ

CONSTANTIAE

INCORDIAE ERPETVAE

ANCKELMANNIAE VGIS CHARISSIMAE

MQVE DESIDERATISSIMAE

VIRI

VERENDI PERILLVSTRIS AC MVNERVM
TVM DECORIBVS EXCELLENTISSIMI
DOMINI

DOMINI

NIS ADAMI

RI BARONIS AB ENDE

ZAE DYNASTAE HEREDITARI

N TRINVM ET SALZA

RVSSIAE REGIS CONSILIARII IN REGI-
TVS MAGDEBVRGICI GRAVISSIMI

AE HALBERSTADIENSIS CANONICI DIGNISSIMI

VE IVDICIALIVM PRAEFECTI LONGE

VIGILANTISSIMI

D QYOD PIE PROSEQVENDVM

VES ACADEMICOS

SE ET HUMANITER ADVOCAT

LICIANAE PRORECTOR

S BENEDICTVS MICHAELIS

PHIAE PROFESSOR ORDINARIVS

XXX IULII CIOIOCCXXIV.



HALAE MAGDEBVRGICAE
Typis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.